



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De processionib. faciendis po[o]lemiu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Tertia pars libri Sacerdotalis in quatuor Tractatus diuisa: in quorum primo agitur de Processionibus ordinarijs & extraordinarijs faciendis.

In Secundo, de Computo Ecclesiastico.

In Tertio, de Sumaria Musica ecclesiasticę instructione.

In Quarto, de Exorcismis demoniacorum.

Tractatus Primus tertie partis libri Sacerdotalis de processionibus faciendis. Proemium.



Processionem faciendas ob diuersas causas & necessitates facta in ecclesia catholica ab antiquo instituit. De quibus in hac vltima parte huius codicis tractaturi, quatuor principaliter videbimus. Primo vnde ortus habuit processionum celebratio. Secundo, quot processionum fiant per

anni circuitu. Tertio, quibus ex causis fiat processionum. Quarto, quis modus & ritus obseruandus est in processionum celebratione.

Unde ortum habuerit processionum celebratio. Cap. 1.

Processionum celebratio, sicut clarissimum doctorum dñs Guill. Duran. in suo diuinorum officiorum Rationali, ortum habuit a sanctis patribus, qui egressi de terra & seruitute Aegyptiaca processerunt per desertum annis quadraginta & tandem ad terram promissionis perueniunt, ut habetur in Exodi, Leuitici, & Numerorum libris, per totum usque ad librum Iosephus inclusive. **A**liis dicitur David rex & propheta vir Deo accessissimus, & Salomon filius eius diuersis temporibus arcam sedentis domini portantes fecerunt sollemnissimas processionum, ut habetur in Reg. 6. & 7. Reg. 8. capitulis. Nam cum hymnis & canticis & multarum victimarum oblationibus deportauerunt arcam ipsam ad loca ei deputata. **I**n super in processionibus memoramus qualiter dominus noster Iesus Christus de celo processit in uterum virginis Marię sacratissime; & ex utero eiusdem virginis matris processit in mundum tanquam ipse procedens de thalamo suo. **I**sta ergo considerantes sancti patres processionum instituerunt: que sunt ad memoriam rerum

ff 4 antiqua